Electus fuit socius et secretarius Adm.R.P.N.M. Provincialis R.P.M.Fr. Iosephus Meliá.

In definitorem pro capitulo generali electus fuit P.Praes.Fr. Iohannes Facundus Artola, et in discretum P.L.Jub.Fr. Raymundus Sanz.

Omnes et singulæ electiones praefatae fuerunt factae communi consensu omnium Patrum Definitorii et prout in nostris Constitutionibus praescribitur.

Familiarum conventus dispositionem, quae infra bimestre a celebratione huius capituli ad Definitorium pertinet, Adm. R. P. N. M. Provinciali committimus ut disponat quemadmodum extra id temporis spatium iure ordinario ipsis competit.

Locum capituli proxime celebrandi designatus est conventus S. Sebastiani de Epila.

Haec sunt, Revme. Pater, capituli nostri electiones et acta, pro quorum approbatione et confirmatione ad pedes Paternitatis vestrae Revmae. summisse provolvimur, humillime obsecrantes, ut eisdem favoribus ac paterni amoris affectibus quibus semper nos prosequatur. Deus Optimus Maximus Paternitatem vestram Revmam. Eremitico Orbi diu servet in columem.

Datum in nostro conventu S. P. Augustini de Barcelona, die 4 Octobris anno 1786.

Fr. Augustinus Esplugues, ex-assist. et capituli praesidens.

Fr. Iohannes Facundus Sidro Villaroig, provincialis electus.

Fr. Blasius Carbonell, provincialis absolutus.

Fr. Iosephus Mollá, definitor pro regno Valentiae.

Fr. Philippus Nogués, primus diffinitor pro principatu Cathaloniae.

Fr. Iosephus Arcaine, primus definitor pro regno Aragoniae.

Fr. Iosephus Capellá, loco definitoris insularum, absentis a capitulo.

Fr. Iacobus Quintana, secundus definitor pro principatu Cathaloniae.

Fr. Caietanus Estela, loco definitoris secundi pro regno Aragoniae.

Fr. Stephanus Augutinus Bellesini, Viterbiensis, sacrae theologiae magister, totius Ordinis fratrum Eremitarum S. P. N. Augustini prior generalis.

Visis retroscriptis actis, tenore praesentium nostrique muneris auctoritate, necnon de consilio Adm. RR. PP. nobis Assistentium, omnes actiones, electiones ac determinationes in actis ipsis insertas et descriptas approbamus et confirmamus, illasque firmas et notas esse et haberi volumus.

Ne orientur contentiones et lites et ut detur unicuique quod suum est, declaravimus ac statuimus uniformiter ad id quod iam anno 1765 decretum est a praedecessore nostro Assistentes generales absolutos gaudere pree-

dentia, non quidem super actualem provincialem, bene vero super vicarios provinciales partialitatum.

Cum autem electio rectoris collegii S. Fulgentii Valentiae arbitrio nostro reservata sit, eligimus in rectorem praefati collegii S. Fulgentii usque ad futurum capitulum provinciale, non obstante quod sit de corpore definitiorii, Adm.R.P.N.M.Fr. Augustinum Esplugues, ex-assistentem generalem Hispaniarum.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Datum in conventu nostro S. P. Augustini de urbe, die 5 Decembris 1786.

Fr. Stephanus Augustinus Bellesini, Generalis.

Nostri muneric affixo sigillo +.

Mag. Fr. Iohannes Moralia, Ordinis secretarius. Reg. lib. 1.

Concuerda fielmente con su original, de que doy fe y certifico, en este real convento de N. P. S. Agustín de Valencia, a 2 de enero del año 1787.

El Mtro. Fr. Joseph Meliá

*Secretario de provincia.*

El infra escrito seretario libré copia del nombramiento antecedente de rector del colegio de S. Fulgencio de Valencia, hecho por N. Revmo. P. General a favor del R.P. ex-asistente Fr. Agustín Esplugues, la que de orden de N.M.R.P. Provincial Fr. Juan Facundo Sidro Vilaroig entregué al dicho P. ex-assistente día 10 de enero de 1787, quien la aceptó quedándose con ella.

El Mtro. Fr. Joseph Meliá

*Secretario de provincia.*

*Representación del R. P. M. Prior del real convento de N. P. S. Agustín de Valencia.*

M. S. N. Provincial.

El Maestro Fr. Florencio Facundo Soler, prior de este real convento de N. P. S. Agustín, ante V. P. M. R. parezco y como mejor proceda digo: Que en el día de ayer, 25 de los corrientes, el R.P.M.Fr. Agustín Esplugues sin derecho, con grave escándalo de la comunidad y con no menor riesgo de tumultuarla, me ocupó la precedencia en el refectorio, siendo tanto más notorio este atentado quanto no tiene asignada coventualidad en este convento y está tolerado en él como mero huésped.

Pero para que con mi silencio no se atribuyese a acto posesorio aquella posesión, hice la protesta que presento, la qual mandé que se leyese a la comunidad por el P. Jub. Fr. Juan Bautista Lorca, que estaba inmediato, a fin de que sirviese de un público testimonio de mi contradicción y resistencia a semejante usurpación, como también de haberla hecho a V.P.M.R. mediante el presente escrito.

Y para que en todo tiempo conste de la referida protesta: A V.P.M.R. pido y suplico que, haviéndola por presentada, se sirva mandar *[copiar]* dicha protesta y el presente escrito en el libro mayor de provincia, y fecho, se me devuelva dicha protesta original, según procede de justicia, que pido y juro y para ello etc.

Convento de N. P. S. Agustín de Valencia y 26 de enero de 1787.

Fr. Florencio Facundo Soler, prior

### *Protesta*

El Mtro. Fr. Florencio Facundo Soler, prior de este real convento de N. P. S. Agustín de Valencia, a VV. PP. M. RR. con la devida formalidad y del mejor modo posible hago saber que el lugar y asiento que en este acto de comunidad ha tomado N. M. R.P.M.Fr. Agustín Esplugues es usurpado por dicho P. Maestro contra mi expresa voluntad, manifestada ya de antemano y ahora nuevamente declarada a presencia del mismo, por motivo de que no se me ha hecho constar hasta la hora presente que le sea asignada esta convencionalidad y mucho menos el lugar y asiento que le corresponde. Para lo qual no reconozco otro conducto legítimo que el de mi superior inmediato.

Cuya declaración hago a VV.PP.M.RR. para su inteligencia y para que esta acción violenta y qualesquiera otras semejantes que intente en esta comunidad no puedan nunca servir a dicho P. Maestro de actos de posesión, siendo como lo son de manifiesta usurpación.

Fr. Florencio Facundo Soler, prior.

### *Publicación*

En este convento de N. P. S. Agustín de Valencia, día 26 de enero de 1787, haviendo entrado la comunidad a reectorio para comer, y estando ya sentados todos los religiosos y el R. P. Prior sentado en su lugar, entró N. M. R.P.M.Fr. Agustín Esplugues y se sentó a la derecha de dicho R. P. M. Prior. Y visto esto, el R. P. Prior me mandó leer este papel en voz alta, que lo entendieran todos. Yo, obedeciendo a lo que se me mandava, leí en voz alta y perceptible dicho papel.

Lo que certifico por ser verdad y lo firmo.  
El Jubilado Fr. Juan Bautista Lorca.

Concuerda con su original, que devolví al referido R. P. M. Prior de este real convento de S. Agustín de Valencia. De que certifico en virtud del auto de 27 de enero de 1787, que queda en el archivo.

El Mtro. Fr. Joseph Meliá  
*Secretario de provincia.*

## 1788

*Actas de la Congregación Intermedia celebrada en el convento de N. P. S. Agustín de Valencia en 29 de septiembre de 1788.*

In nomine Domini nostris Iesu Cristi benedicti. Amen.

Anno nativitatis eiusdem millesimo septingentesimo octuagesimo octavo, mense Septembri, celebrata fuit congregatio intermedia huius provinciae regnorum Coronae Aragonum Ordinis Eremitarum S. P. N. Augustini, in eiusdem Valentino conventu, ab Adm.R.P.M.Fr. Iohanne Facundo Sidro Vilarroig in diem 29 dicti mensis indicta.

Ad quam die praedicta convenerunt novem Diffinitorii Patres, vicelicit: Adm.R.P.N.M.Fr. Iohannes Facundus Sidro Villarroig, provincialis et praesidens; P.L.Jub.Fr. Petrus Fandos, loco provincialis absoluti ob adversam valeditudinem ad capitulum accedere non valentis et quia in electione proxime praeterita post diffinitorem suaे partilitatis plures voces habuit, nec alias quisquam in ea est qui iure possit accedere; Adm.R.P.N.M.ex-assist. absolutus Fr. Augustinus Esplugues, praesidens capituli praeteriti; P.L.Jub.Fr. Bernardus Crespo, loco primi diffinitoris pro regno Valentiae, iustis de causis ad congregationem non accendentis, et quia post ipsum plura sortitus est suffragia in electione anteriori; R.P.M.Fr. Iosephus Arcayne, primus diffinitor pro regno Aragoniae; P.L.Jub.Fr. Ioannes Jutglar, loco primi diffinitoris pro principatu Cathaloniae morte preventi, quique post ipsum plures habuit voces in electione praeterita: P.Praes.Fr. Gabriel Mestre, diffinitor pro insulis Balearibus; R.P.M.Fr. Didacus Saldaña, secundus diffinitor pro regno Aragoniae; et R.P.M.Fr. Iacobus Quintana, secundus diffinitor pro principatu Cathaloniae.

Die igitur praedicta, Missa de Spiritu Sancto sollemniter cantata, congregati fuerunt diffinitorialiter novem RR. Patres, ordine tamen in nostris Constitutionibus praescripto inter eos minime servato, ad vitandam discordiam quae, ob usurpatum a R.P. Praesidente capituli prateriti primum post actualem praesidentem locum, suboriri potuisset, et auctoritate eis concessa ea quae sequuntur statuerunt et publice notificari mandarunt.

Lectis nempe Illmi. ac Revmi. Domini Archiepiscopi Tarragonensis, huius provinciae praesulis dignissimi, litteris, quibus Revdos. Adm. Diffinitorii Patres ad pacem et concordiam vehementer, iuste et suaviter exhortabatur, tria haec ab Adm.R.P.N. Provinciali patribus proposita sunt.

Primum, ne forte provinciae pax et securitas provincialatus ambitioni succumbat, quod iure merito vereri se dixit, abdicatum sese illico voluit provincialatus onere, quod plane invitus ac reluctans suscepit, si Patribus videtur, eam abdicationem religiosae tranquillitati quodammodo suffragari posse; et a Patribus responsum est in praesenti rerum discrimine, si umquam alias, maxime expedire ac necessariam esse suae Paternitatis prudentiam, zelum, constantiam et agendarum rerum dexteritatem, in eaque unice post Dei auxilium pacis et tranquillitatis spem omnem provinciam collocare.

Secundm, quum domesticae dissensiones, ex quibus scandala oborta sunt, non aliunde quam ex inani subalternae praecedentiae gloria profluxerit, ut Diffinitorii Patribus notum est, ultimo Diffinitorii loco sedere voluit, idque sibi a Patribus permitti rogavit, ut hoc veluti gladio nullius momenti sollicitudinem, gravissimarum tamen discordiarum altricem penitus iugularet; et itidem a Patribus responsum est id ab ipsis minime permitti posse sine gravi nota suique dedecore.

Tertium, quum in totius provinciae visitatione reipsa didicerit suisque oculis conspexerit, quae ipsam circumdant mala, magnam partem profluere ex morum depravatione, quae aliquibus abhinc annis sensim introducta et consuetudine roborata, piorum zelum et prudentiam superat, non sine proximo extremae dissolutionis discrimine, nisi praesentissimum adhibeatur remedium, a Patribus efflagitavit ut in hac praesertim partialitate Valentiae exactam regulae, constitutionum et ordinationum provincialium observantiam urgerent, eousque ut nullus prior localis dispensatione gaudeat nec in sua communitate dispensare ullatenus possit, sub pena privationis officii per dies quindecim quotiescumque dispensare ipsi contigerit, iis tantum exceptis vel rebus vel diebus in quibus dispensare per legem expresse licet; et a Patribus responsum est ea omnia admusim servanda esse, eumque in finem Diffinitorium R.P.N. Provincialis conatus adiuvare semper paratum fore.

Approbarunt insuper Adm.RR.PP. studiorum methodum ab Adm.R.P.N.Provinciali pro principatu Cathaloniae nuper stabilitam et in ea partialitate summo omnium plausu receptam.

Promulgarunt pariter et tamquam provinciae ordinationem habendam esse mandarunt edictum S. Generalis Hispaniarum Inquisitionis die 14 Maii anni 1788 emanatum.

Declararunt etiam collegium SS. Regum civitatis Tarragonensis pro collegio semper habitum fuisse et in posterum habendum esse cum omnibus privilegiis et exemptionibus quibus alia provinciae nostrarae collegia gaudent.

Praeterea quum ab Adm.R.P.N.M.Fr. Augustino Esplugues fuerit demandatum ut Adm.R.P.N.M.Fr. Iosephus Mollá, primus diffinitor pro regno Valentiae, ad congregationem iuberetur accedere, quoniam personali illius praesentia opus erat, ut ipse dixit, ut quibusdam interrogationibus responderet, quas non expressit, quumque subinde praesentia P.L.Jub.Fr. Bernardi Crespo, qui illius loco congregationis aderat, fuerit protestatus, a RR.Adm. Patribus responsum est Adm.R.P.M.Fr.Iosephum Mollá non adesse congregationi iustis de causis sat Diffinitorio notis, adeoque nullius roboris esse factam protestationem.

De numero lectorum pro insula Maiorica decreverunt Adm.RR.PP. rem omnem R.Adm.P.N. Provincialis prudentiae et arbitrio relinquendam esse, ut omnibus perpensis quod ipsi bene visum fuerit provideat.

Denique lecto et non sine horrore auditu libello a P.Fr.Iosepho Flórez, ex PP. Dominicanorum coenobio ad Diffinitorium misso, mendaciis et calumniis intexo atque incredibili procacitatis scripto, dictum Fr. Iosephum Flórez ad coenobium B. Virginis del Toro insulae Minoricae designarunt, ut illic religiose admoneri et corrigi possit nec alias pravo suo exemplo contaminet, aegre interea ferentibus Deffinitorii Patribus ipsum Revmo. P. Generali falsis narrationibus imposuisse eique reipsa illudere voluisse. Relinquent arbitrio R.Adm.P.N.M. Provincialis ut cum dicto P. Flórez misericorditer uti possit, ipsi hanc novam conventionalitatem ac promeritas gravissimas poenas imminuens pro humilitatis, obedientiae ac religiosi propositi signis, iterum iterumque et ex animo ab ipso exhibendis.

Admittunt RR.Adm.PP. Diffinitorii indultum ex-provincialatus R.P.M.Fr. Nicolao Nadal, a Revmo. P.N.M.Vicario Generali facultate apostolica concessum. Admittunt etiam magisteria P.L.Jub.Fr. Benedicti López, P.L.Jub.Fr. Iosephi Capellá, P.Praes.Fr. Iosephi Roca, P.L.Jub.Fr. Iohannis Melero et P.L.Jub.Fr. Cosmae Villanueva.

*Exemptiones pro regno Valentiae*

Declarant AdmRR.PP. Diffinitorii uti et gaudere posse exemptionibus pro quadraginta annis professionis et triginta praedicationis P.Praed.Fr. Ioa-chimum Peris et P.Praed.Fr. Leandruam García. Declarant etiam gaudere posse exemptionibus pro triginta annis professionis et viginti praedicationis P.Praed.Fr. Michaelm del Campo, P.Praed.Fr. Paschasiun Carpi et P.Praed.Fr. Vincentium Reig. Declarant insuper gaudere posse exemptionibus pro viginti annis professionis et duodecim praedicationis P.Praed.Fr. Franciscum Breva et P.Praed.Fr. Antonium Mañez. Declarant item gaudere posse exemptionibus pro sexagenariis P.Fr. Iosephum Ripoll.

*Exemptiones pro regno Aragoniae*

Declarant RR.PP. Diffinitorii uti et gaudere posse exemptionibus pro sexagenariis P.Fr. Thomam Colón et P.Fr. Nicolaum Ruiz. Declarant etiam uti et gaudere posse exemptionibus pro triginta annis professionis et viginti praedicationis PP. Praed.Fr. Martinum Usón, Fr. Iosephum Bayle et Fr. Nicolaum Genzón. Declarant item P.Praed.Fr. Didacum Molina gaudere posse exemptionibus pro viginti annis professionis et duodecim praedicationis.

*Exemptiones pro principatu Cathaloniae*

Declarant RR.PP. Diffinitorii gaudere posse exemptionibus pro sexagenariis P.Fr. Gabrielem Claver. Declarant insuper gaudere posse exemptionibus pro triginta annis professionis et viginti praedicationis P.Praed.Fr. Thomam Ferrer.

*Exemptiones pro insulis Balearibus*

Declarant RR.PP. Diffinitorii gaudere posse exemptionibus pro triginta annis professionis et viginti praedicationis P.Praed.Fr. Simplicianum Monzó.

*Graduationes RR.PP. Magistrorum de numero et extra, qui per duodecim annos suae lectureae cursus peregerunt et compleverunt.*

R.P.M.Fr. Michael Marqués

R.P.M.Fr. Franciscus Tudela, num.

Adm.R.P.M.Fr. Blasius Carbonell, prov. abs.

R.P.M.Fr. Iohannes Facundus Reig

R.P.M.Fr. Petrus Pallarés

- Adm.R.P.M.Fr. Iosephus Mollá, ex-prov.  
R.P.M.Fr. Nicolaus Pons, num.  
R.P.M.Fr. Thomas Planelles  
R.P.M.Fr. Iohannes Baptista González  
R.P.M.Fr. Fulgentius Belda, num.  
R.P.M.Fr. Bartholomaeus Gelabert  
R.P.M.Fr. Petrus Soler  
R.P.M.Fr. Iosephus Arcayne  
Adm.R.P.M.Fr. Nicolaus Nadal, ex-prov.  
R.P.M.Fr. Thomas Torregrosa, num.  
R.P.M.Fr. Florentius Facundus Soler  
R.P.M.Fr. Gabriel Dellá, num.  
R.P.M.Fr. Iosephus Lorca, num.  
R.P.M.Fr. Iacobus Quintana  
R.P.M.Fr. Ioachimus Yserta  
R.P.M.Fr. Augustinus Latorre  
R.P.M.Fr. Didacus Saldaña, num.  
R.P.M.Fr. Ioachimus Oms  
R.P.M.Fr. Posidius Marcus Durán, num.  
R.P.M.Fr. Augustinus Martí  
Adm.R.P.M.Fr. Vincentius Coll, ex-prov.  
R.P.M.Fr. Didacus Melo  
R.P.M.Fr. Augustinus Riera  
R.P.M.Fr. Iosephus Meliá  
R.P.M.Fr. Iohannes Facundus Vincentius Soler  
Adm.R.P.M.Fr. Iohannes Facundus Sidro, ex-prov.  
Adm.R.P.M.Fr. Augustinus Esplugues, ex-assist.  
R.P.M.Fr. Franciscus Ferri, num.  
R.P.M.Fr. Fulgentius Moreno  
R.P.M.Fr. Iohannes Facundus Sancho  
R.P.M.Fr. Iosephus Pericás  
R.P.M.Fr. Iohannes Facundus Moltó, num.  
R.P.M.Fr. Simon de Alcedo  
R.P.M.Fr. Georgius Rey  
R.P.M.Fr. Antonius Presencia  
R.P.M.Fr. Dominicus Feliú  
R.P.M.Fr. Franciscus Castelló, num.  
R.P.M.Fr. Thomas Pujáls  
R.P.M.Fr. Iacobus Pérez  
R.P.M.Fr. Gabriel Homar

R.P.M.Fr. Bernardus Anrich  
 R.P.M.Fr. Bernardus Pla  
 R.P.M.Fr. Benedictus López  
 R.P.M.Fr. Iosephus Capellá  
 R.P.M.Fr. Iosephus Roca, num.  
 R.P.M.Fr. Iohannes Melero  
 R.P.M.Fr. Cosmas Villanueva

*Graduationes PP. Praesentatorum*

P.Praes.Fr. Michael Nogueroles  
 P.Praes.Fr. Franciscus Mesa  
 P.Praes.Fr. Michael Cardona  
 P.Praes.Fr. Prosper Borrás  
 P.Praes.Fr. Emmanuel Gil  
 P.Praes.Fr. Christophorus Molina  
 P.Praes.Fr. Emmanuel Pastor  
 P.Praes.Fr. Gabriel Mestre  
 P.Praes.Fr. Iohannes Roger  
 P.Praes.Fr. Raymundus Sanz  
 P.Praes.Fr. Iohannes Baptista Lorca  
 P.Praes.Fr. Michael Griñó

*Graduationes PP. Iubilatorum*

P.L.Jub.Fr. Augustinus Andrés  
 P.L.Jub.Fr. Iacobus Lloret  
 P.L.Jub.Fr. Thomas España  
 P.L.Jub.Fr. Hieronymus Sempere  
 P.L.Jub.Fr. Iosephus Fuentes  
 P.L.Jub.Fr. Petrus Fandos  
 P.L.Jub.Fr. Liberatus Ximénez  
 P.L.Jub.Fr. Guillelmus Lladó  
 P.L.Jub.Fr. Iohannes Facundus Sureda  
 P.L.Jub.Fr. Iohannes Jutglar  
 P.L.Jub.Fr. Antonius Gómez  
 P.L.Jub.Fr. Emmanuel Molina  
 P.L.Jub.Fr. Iosephus Herrero  
 P.L.Jub.Fr. Nicolaus Milani  
 P.L.Jub.Fr. Franciscus Mayor  
 P.L.Jub.Fr. Franciscus Martínez

P.L.Jub.Fr. Franciscus Breva  
 P.L.Jub.Fr. Augustinus Peralta  
 P.L.Jub.Fr. Emmanuel Arcayne  
 P.L.Jub.Fr. Felix Meave  
 P.L.Jub.Fr. Caietanus Estela  
 P.L.Jub.Fr. Iosephus Mosterós  
 P.L.Jub.Fr. Iohanes Izquierdo  
 P.L.Jub.Fr. Maginus Dresaire  
 P.L.Jub.Fr. Franciscus Lluc  
 P.L.Jub.Fr. Iohannes Torres  
 P.L.Jub.Fr. Augustinus Garau  
 P.L.Jub.Fr. Thomas Ballester  
 P.L.Jub.Fr. Bernardus Crespo

*Electiones pro regno Valentiae*

Eligimus in procuratorem ad lites conventus S. P. Augustini de Valencia  
 P.Praes.Fr. Fulgentium Muñoz.

Eligimus in sacristam conventus S. P. N. Augustini de Alzira P.Praed.Fr.  
 Henricum Tudela et in procuratorem P.Praed.Fr. Augustinum Mas.

Eligimus in subpriorum conventus S. Sebastiani de S. Felipe P.Praed.Fr.  
 Michaelm del Campo.

Eligimus in procuratorem conventus S. Thelmi de Vinarós P.Fr. Fracis-  
 cum Reverter.

Eligimus in sacristam conventus S. P. Augustini de Morella P.Praed.Fr.  
 Franciscum Simó.

Eligimus in priorem conventus S. Ioachimi de Payporta P.Praed.Fr.  
 Ludovicum Thomás Porta.

Eligimus in subpriorum conventus Sanguinis Christi de Cullera P.Praed.  
 Thomam Canut.

Eligimus in rectorem collegii S. Fulgentii de Valencia, ob renuntiatio-  
 nem ab Adm.R.P.M.Fr. Augustino Esplugues factam et iuramento firmatam  
 atque a nobis admissam etsi mox reclamatam, P.R.M.Fr. Iosephum Roca.

His tamen electionibus peractis, Adm.R.P.N. Provincialis rogavit  
 RR..Adm. Diffinitiorii Patres ut electionem rectoris collegii S. Fulgentii de  
 Valencia tractactam vellent et rem integrum in eo statu in quo post promulga-  
 ta capitulo provincialis acta a Revmo. P. N. Generali approbata denuo reli-  
 quere; cui petitioni PP. adsensi sunt.

Eligimus in priorem conventus B. Mariae de Succursu de Valencia, ob  
 renuntiationem factam iustis de causis a R.P.M.Fr. Iohanne Facundo Moltó

et a nobis admissam, R.P.M.Fr. Iosephum Roca; in subpriorem P.Praed.Fr. Emmanuelem Grafia, et in sacristam P.Praed.Fr. Chistophorum Torres.

*Electiones pro regno Aragoniae*

Eligimus in procuratorem conventus S. P. N. Augustini de Zaragoza P.Praed.Fr. Prosperum Samper.

Eligimus in procuratorem collegii S. Thomae de Villanova de Zaragoza Fr. Ioachimum Carrera.

Eligimus in priorem conventus Stae. Quiteriae, ob renuntiationem factam iustis de causis a P.L.Jub.Fr. Liberato Ximénez et a nobis admissam, P.Praed.Fr. Augustinum Porroche; in subpriorem P.Praed.Fr. Iosephum Soro, et in procuratorem P.Praed.Fr. Michaelem Galve.

Eligimus in subpriorem conventus B. Mariae de Loreto P.Fr. Raphaelem Pérez.

Eligimus in procuratorem conventus S. P. N. Augustini de Belchite P.Praed.Fr. Fulgentium Usón.

*Electiones pro principatu Cathaloniae*

Eligimus in procuratorem conventus S. P. N. Augustini de Barcelona P.Praed.Fr. Raphaelem Noguer.

Eligimus in priorem conventus B. Mariae de Gratia de Lérida, ob renuntiationem factam rationabili de causa a R.P.M.Fr. Gabriele de Homar et a nobis admissam, P.Praed. Fr. Laurentium Quintana.

Eligimus in subpriorem conventus S. P. N. Augustini de Urgel P.Praed.Fr. Augustinum Vidal.

Eligimus in priorem conventus S. P. N. Augustini de Cervera, ob renuntiationem factam iustis de causis a R.P.M.Fr. Augustino Martí et a nobis admissam, R.P.M.Fr. Augustinum Riera, et in procuratorem ac sacristam P.Fr. Thomam Montaner.

Eligimus in subpriorem conventus S. P. N. Augustini de Gerona P.Praed.Fr. Ollegarium Sagalá.

Eligimus in subpriorem conventus B. Mariae de Gratia Domus Dei P.Praed.Fr. Nicolaum Parellada.

Eligimus in subpriorem conventus S. P. N. Augustini de Torrella de Montgrí P.Praed.Fr. Iohannem Costa, et in procuratorem et sacristam P.Praed.Fr. Nicolaum Coll.

Eligimus in priorem conventus B. Magdalena de Castellón de Ampurias P.Praed.Fr. Salvatorem Negre, et in sacristam ac procuratorem P.Fr. Antonium Alzubida.

Eligimus in subpriorem conventus B. Mariae de Gratia de Palamós P.Praed.Fr. Gabrielem Curtó.

*Electiones pro insulis Balearibus*

Eligimus in priorem conventus S. P. N. Augustini de Felanix P.L.Jub.Fr. Augustinum Garau.

*Vicarii monialium*

Eligimus in vicarium monialium S. Iuliani de Valencia R.P.M.Fr. Thomam Torregrosa; in procuratorem P.Fr. Paschasiūm Perelló.

Eligimus in vicarium monialium B. Mariae Spei de Valencia P.Praed.Fr. Michaeliem Griñó; in procuratorem Fr. Iohannem Baptis̄tam Gisbert.

Eligimus in vicarium monialium SS. Trinitatis de Morella R.P.M.Fr. Gabrielem Dellá.

Eligimus in vicarium monialium S. Annae de S. Matheo P.Praed.Fr. Ildefonsum Bellés.

Eligimus in vicarium monialium B. Mariae Dolorum de Bocayrente P.Praed.Fr. Iosephum Tudela; in procuratorem P.Fr. Nicolaum Montllor.

Eligimus in vicarium monialium Stae. Catharinae de Mirambel P.L.Jub.Fr. Liberatum Ximénez.

Eligimus in vicarium monialium Stae. Luciae de Alcira P.Praed.Fr. Iohannem Facundum Alventosa.

Eligimus in vicarium monialium B. Mariae Praesentationis de Valencia P.L.Jub.Fr. Franciscum Mayor, et in procuratorem P.Fr. Liberatum Navarro.

Eligimus in vicarium monialium S. M. Monicæ de Zaragoza P.L.Jub.Fr. Iosephum Fuentes.

*Conciones pro capitulo provinciali futuro*

Adsignant RR.Adm.PP. Diffinitori⁹ in praedicatorem pro principatu Cathaloniae R.P.M.Fr. Georgium Rey: adsuntum erit de S. P. N. Augustino; pro regno Valentiae P.L.Jub.Fr. Bernardum Crespo: adsuntum erit de animabus defunctorum Ordinis; pro regno Aragoniae R.P.M.Fr. Benedictum López: adsuntum erit de S. Iohanne Facundo; pro insulis Balearibus P.L.Jub.Fr. Augustinum Garau: adsumtum erit de S. Thoma a Villanova.

*Conclusiones pro eodem capitulo futuro*

Nominant RR.Adm.PP. Diffinitori⁹ in defendantem pro principatu Cathaloniae P.L.Fr. Antonium Morat et in praesidentem R.P.M.Fr. Dominicum

Feliú; pro regno Valentiae in defendantem P.L.Fr. Salvatorem Guillén et in praesidentem R.P.M.Fr. Florentum Facundum Soler; pro regno Aragoniae in defendantem P.L.Fr. Franciscum Montreal et in praesidentem P.L.Jub.Fr. Petrum Fandos; in defendantem pro insulis Balearibus P.L.Fr. Adeodatum Suau et in praesidentem P.L.Jub.Fr. Guillelmum Lladó.

*Orationes pro eodem capitulo*

Primam orationem recitabit Fr. Antonius Azuara; secundam vero Fr. Augustinus de Villanueva.

In diffinitorem pro capitulo generali electus fuit R.P.M.Fr. Iosephus Capellá.

Locus capituli proxime celebrandi designatus est conventus S. P. N. Augustini de Zaragoza.

Omnis et singulae electiones praefatae fuerunt factae de communi sensu Patrum Diffinitorii et prout in nostris sacris constitutionibus praescribitur.

Haec sunt, Revme. Pater, congregationis nostraee intermediae electiones et acta, pro quarum approbatione et confirmatione Paternitati vestrae Revmae. nostraee humillimae porriguntur preces. Divinam interim Maiestatem pro vestra incolumitate et diuturna felicitate deprecamur.

Datis in nostro conventu Valentino, die 1 Octobris anni 1788.

Fr. Iohannes Facundus Sidro Villarroig, provincialis et praesidens.

Fr. Augustinus Esplugues, assit. generalis et capituli praeteriti praeses.

Fr. Petrus Fandos, loco provincialis absoluti pro regno Aragoniae.

Fr. Iohannes Jutglar, loco primi diffinitoris pro principatu Cathaloniae defuncti

Fr. Iosephus Arcayne, primus diffinitor pro regno Aragoniae.

Fr. Bernardus Crespo, loco primi diffinitoris regni Valentiae.

Fr. Gabriel Mestre, diffinitor pro insulis Balearibus.

Fr. Didacus Saldaña, secundus diffinitor pro regno Aragoniae.

Fr. Iacobus Quintana, secundus diffinitor pro principatu Cathaloniae.

Fr. Stephanus Augustinus Bellesini, Viterbiensis, sacrae theologiae magister, totius Ordinis fratrum Eremitarum S. P. N. Augustini prior generalis et commissarius apostolicus.

Visis retroscriptis actis, tenore praesentium nostrique munieris auctoritate, necnon de consilio Adm.RR.PP. nobis Assistentium, omnes actiones,

electiones ac determinationes in actis insertas et descriptas approbamus et confirmamus, illasque firmas et ratas esse et haberi volumus.

Datum in conventu nostro S. P. Augustini de Urbe, die 12 Novembris 1788.

Fr. Stephanus Augustinus Bellesini, generalis et commissarius apostolicus.

Notri muneris affixo sigillo.

Magister Fr. Ioannes Andreas Moralia, Ordinis secretarius. Reg. lib. 3.

Concuerda con su original, de que doy fe.

Fr. Joseph Meliá, secretario de provincia.

## 1790

*Trienio de N.M.R.P.M. Jorge Rey, provincial electo en el convento de N. P. S. Agustín de Zaragoza en 24 de abril de 1790*

In nomine Domini nostri Iesu Christi benedicti. Amen.

Anno nativitatis eiusdem millesimo septingentesimo nonagesimo, mense Aprili, celebrata sunt comitia provincialia fratrum Eremitarum S. P. N. Augustini huius provinciae Coronae Aragonum in conventu S. P. Augustini Caesaraugustano, ab Adm.R.P.N.M.Fr. Ioanne Facundo Sidro Villarroig, dictae provinciae provinciali, in diem vigesimam secundam supradicti mensis indicta. Atque die praedicta, quae erat feria tertia ante Dominicam tertiam post Pascha Resurrectionis Domini, convenerunt Patres vocem havituri (*sic*).

Igitur, postera die, quae erat feria sexta, statim postquam vesperae fuerunt decantatae, signo campanulae ter dato, Patres omnes capitariter congregati fuere, et praefatus P. Provincialis mandavit ut si quis a Revmo. P. N. Generali litteras haberet ad istud capitulum directas, easdem statim proficeret. Mox P.Praed. Ludovicus Thomas Porta, prior conventus S. Ioachimi de Payporta, litteras Revmi. P. N. Generalis totius Ordinis nostri, Fr. Stephani Augustini Bellesini, praesentavit, per quas dicti capitulo praesidentem constituebat R.P.M.Fr. Iosephum Arcayne qui, renuente nullo, pro praesidente fuit recognitus.

Deinde electi sunt per ballotulas tres iudices causarum, videlicet: R.P.M.Fr. Augustinus Riera, R.P.M.Fr. Ioannes Facundus Vincentius Soler et R.P.M.Fr. Cosmas Villanueva.

Sequenti sabbato, Missa de Spiritu Sancto sollemniter cantata, expletisque aliis in nostris constitutionibus praescriptis, coram omnibus in loco capituli consendentibus, Adm.R.P.M.Fr. Iohannes Facundus Sidro Villarroig officium suum in manu praesidentis resignavit, qua resignatione acceptata, recitata fuerunt per R.P.M.Fr. Ioannem Facundum Soler nomina eorum qui vocem habere debebant, hoc ordine: Adm.R.P.M.Fr. Iosephus Arcayne, praesidens huius praesentis capituli; Adm.R.P.N.M.Fr. Augustinus Esplugues, ex-assist. generalis et rector collegii S. Fulgentii de Valencia, salvis provinciae iuribus et sine praeiudicio causae quoad ingressum et locum; Adm.R.P.N.M.Fr. Ioannes Facundus Sidro Villarroig, provincialis absolutus; P.L.Jub.Fr. Bernardus Crespo, loco primi diffinitoris pro regno Valentiae, ob illius renuntiationem et quia post ipsum plura sortitus est suffragia in electione anteriore; R.P.M.Fr. Petrus Pallarés, loco primi diffinitoris pro regno Aragoniae, in praesidentem capituli nominati, quippe qui fuit ultimus diffinitor in eadem partialitate; L.L.Jub.Fr. Ioannes Jutglar, loco primi diffinitoris pro principatu Cathaloniae, morte preeventi, quique post ipsum plures habuit voces in electione preeterita; L.Praes.Fr. Gabriel Mestre, diffinitor pro insulis Balearibus; R.P.M.Fr. Didacus Saldaña, secundus diffinitor pro regno Aragoniae, et R.R.P.M.Fr. Iacobus Quintana, secundus diffinitor pro principatu Cathaloniae; R.P.M.Fr. Augustinus Latorre, prior conventus S. P. Augustini de Zaragoza; Adm.R.P.N.M.Fr. Iosephus Mollá, ex-provincialis; R.P.M.Fr. Florentius Facundus Soler, prior conventus S. P. Augustini de Valencia; R.P.M.Fr. Joachimus Oms, rector collegii SS. Regum de Tarragona; R.P.M.Fr. Possidius Marcus Durán; R.P.M.Fr. Augustinus Riera, prior conventus S. P. Augustini de Cervera; R.P.M.Fr. Iosepus Meliá, socius Adm.R.P.N. Provincialis; R.P.M.Fr. Ioannes Facundus Vicentius Soler, prior conventus B. Mariae Succursus de Valencia; R.P.M.Fr. Franciscus Ferrí, prior conventus S. P. Augustini de Alcoy; R.P.M.Fr. Fulgentius Moreno; R.P.M.Fr. Ioannes Facundus Sancho, prior conventus S. P. N. Augustini de Caspe; R.P.M.Fr. Georgius Rey, prior conventus S. P. Augustini de Barcelona; R.P.M.Fr. Dominicus Feliú, rector collegii S. Guillelmi de Barcelona; R.P.M.Fr. Bernardus Anrich, prior conventus S. Leandri de Cartagena; R.P.M.Fr. Bernardus Pla; R.P.M.Fr. Benedictus López, prior conventus B. Mariae de Loreto; R.P.M.Fr. Ioannes Melero, prior conventus S. Sebastiani de Epila; R.P.M.Fr. Cosmas Villanueva, prior conventus S. Vincentii Regalis de Huesca; R.P.M.Fr. Ioannes Izquierdo, prior conventus S. P. Augustini de Urgell; P.L.Jub.Fr. Guillelmus Lladó, prior conventus B. Mariae Succursus de Palma; P.L.Jub.Fr. Antonius Gómez, prior conventus S. P. Augustini de Alzira; P.Praes.Fr. Emmanuel Gil, prior conventus S. P. Augustini de Castellón de la Plana; P.L.Jub.Fr. Thomas España, prior conventus S. P. Augustini

de Orihuela; P.Praes. Fr. Augustinus Andrés, prior conventus S. Sebastiani de S. Felipe; P.Praed.Fr. Hyacinthus Codina, prior conventus S. P. Augustini de Puigcerdá; P.L.Jub.Fr. Iosephus Mostarós, prior conventus S. P. Augustini de Gerona; P.L.Jub.Fr. Hieronymus Samper, prior conventus S. P. Augustini de Alicante; P.L.Jub.Fr. Iosephus Herrero, rector collegii S. Thomae a Villanova de Zaragoza; P.L. Jub.Fr. Maginus Dressayre, prior conventus B. Mariae de Gratia Domus Dei; P.L.Jub.Fr. Franciscus Lluc, prior conventus S. P. Augustini de Igualada; P.Praed.Fr. Thomas Asarau, prior conventus B. Mariae Succursus de Xérica; P.L.Jub.Fr. Ioannes Torres, prior conventus S. P. Augustini de Torruella de Montgrí; P.Praed.Fr. Salvator Negre, prior conventus B. Magdalena de Castellón de Ampurias; P.Praed.Fr. Ioachimus Peris, prior conventus S. Sebastiani de Rocafort; P.Praed.Fr. Franciscus Pons, prior conventus B. Mariae de Gratia de Palamós; P.Praed.Fr. Ioannes Rotger, prior conventus B. Mariae de Menorca; P.L.Jub.Fr. Petrus Fandos, prior conventus B. Mariae de los Arcos; P.L.Jub.Fr. Gregorius Marzo, prior conventus S. P. Augustini de Belchite; P.L.Jub.Fr. Emmanuel Molina, prior conventus S. Thelmi de Vinaroz; P.Praed.Fr. Ioachimus Noguerol, prior conventus B. Mariae del Toro de Menorca; P.Praed.Fr. Ludovicus Thomas Porta, prior conventus S. Ioachimi de Paiporta; P.Praes.Fr. Stephanus Marquet, prior conventus S. P. Augustini de Tárrega; P.L.Jub.Fr. Augustinus Garau, prior conventus S. P. Augustini de Felanix; P.Praes.Fr. Augustinus Porroche, prior conventus Stae. Quiteriae de Samper; P.Praes.Fr. Christophorus Molina, prior conventus S. Petri de Villajoyosa; P.Praed.Fr. Ioachimus Maseres, prior conventus Sanguinis Christi de Cullera; P.Praed.Fr. Michael Ponti, prior conventus B. Mariae del Pla de Sanahuja.

Emissis autem vocem non habentibus, designati sunt per ballotulas tres scrutatores vocum, videlicet: R.P.M.Fr. Florentius Facundus Soler; R.P.M.Fr. Augustinus Latorre; R.P.M.Fr. Georgius Rey; et ab ipsis iuramento fidelitatis praestito, ad electionem novi provincialis prosequutum est atque, electione et scrutatione peractis, electus est in provincialem Adm.R.P.M.Fr. Georgius Rey triginta octo suffragiis, sexdecim pro R.P.M.Fr. Dominico Feliú, uno pro R.P.M.Fr. Iacobo Quintana et alio pro R.P.M. Ioachimo Oms. Et a primo scrutatore publicatus est atque processionaliter ad ecclesiam deductus, eique osculatae sunt manus in signum obedientiae et tradito eidem per Adm.R.P.Presidentem provinciae sigillo, ab ipso in officio provincialatus est confirmatus.

Eodem die, post Nonam, ad sonum campanulae ter pulsatae, ut moris est, omnes Patres vocales capitulariter convenerunt et processerunt ad electionem diffinitorum, et ab illis servatis servandis electus est in diffinitem pro principatu Cathaloniae R.P.M.Fr. Ioannes Izquierdo triginta novem suf-

fragiis; in primum pro regno Aragoniae R.P.M.Fr. Augustinus Latorre triginta septem suffragiis; in diffinitorem primum pro regno Valenctiae R.P.M.Fr. Florentius Facundus Soler triginta octo suffragiis; in diffinitorem pro insulis Balearibus P.L.Jub.Fr. Gillelmus Lladó triginta octo suffragiis; in secundum diffinitorem pro principatu Cathaloniae R.P.M.Fr. Augustinus Martí triginta octo suffragiis; in secundum pro regno Valentiae P.L.Jub.Fr. Emmanuel Molina triginta octo suffragiis.

Post praefatos Patres voces habuerunt pro principatu Cathaloniae P.L.Jub.Fr. Iosephus Mosterós decem et septem, P.Praes.Fr. Iosephus Marquet unam; pro regno Aragoniae R.P.M.Fr. Fulgentius Moreno decem et septem, P.L.Jub.Fr. Felix Meave unam et P.L.Jub.Fr. Augustinus Peralta unam; pro regno Valeniae P.L.Jub.Fr. Franciscus Breva habuit decem et septem, ac P.Praed.Fr. Ioachimus Peris unam; et pro insulis Balearibus R.P.M.Fr. Bartholomaeus Gelabert habuit decem et septem, et P.Praed.Fr. Nicolaus Sabater unam.

Diebus vero sequentibus (servatis omnibus in nostris constitutionibus praescriptis) congregati fuerunt diffinitorialiter praedicti Adm.RR.PP., vide-licet: R.Adm.P.M.Fr. Iosephus Arcayne, praesidens; Adm.R.P.N.M.Fr. Georgius Rey, provincialis electus; Adm.R.P.N.M.Fr. Augustinus Esplugues, ex-assist. generalis; Adm.R.P.N.M.Fr. Ioannes Facundus Sidro Villarroig, provincialis absolutus; R.P.M.Fr. Ioannes Izquierdo, primus diffinitor pro principatu Cathaloniae; R.P.M.Fr. Augustinus Latorre, primus diffinitor pro regno Aragoniae; R.P.M.Fr. Florentius Facundus Soler, primus diffinitor pro regno Valentiae; P.L.Jub.Fr. Gillelmus Lladó, diffinitor pro insulis Balearibus; R.P.M.Fr. Iacobus Quintana, loco secundi diffinitoris pro principatu Cathaloniae, absentis a capitulo; et P.L.Jub.Fr. Emmanuel Molina, secundus diffinitor pro regno Valentiae. Qui dicti Patres auctoritate a nostris constitutionibus concessa, ea quae sequuntur statuerunt et publice notificari mandarunt.

Admittunt Adm.RR.PP. Diffinitorii magisteria P. Praes.Fr. Michaelis Nogueroles et P.L.Jub.Fr. Ioannis Izquierdo.

